

omnia studia & obsequia grato animo
spondemus ac pollicemur. Valet. Per-
scriptum Argentorati 20. Decembris
Anno recuperatæ per Christum
Salutis M. DC. XVI.

EPIGRAMMA PETITORIVM

initio Actus

à

Candidato recitatum.



CÆSAREI COMESALME FORI, Clarissi-
me THOMA,
Si merui LAURUM, PHOEBUS adesto
mihi:

Si minus, hinc reddas justæ argumenta repulsæ:
Parebo monitis parte in utrâque tuis.

Fallor? an adspicio viridem sub veste COROLLAM?

O Diî quàm pulchrè LAURUS amœna viret?

CÆSARIS hæc munus: vigeat cum CÆSARE
LAURUS:

Prævaleat vulgo GRATIA CÆSAREA:

Quæ mihi continget per te, Celeberrime CONSE;

Si mihi continget LAUREA CÆSAREA.

